



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Rachele. Cap[itulum]. xcv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mense februario occurribus Folio. ix.

emarcuit: et nomen israel imposuit: atque quod contra fratrem inquietus stareret: eidem predixit. Jacob vero ad placandum animum fratris munera sibi pernuncios misit: ipse autem subsequens filios et uxores ac familiam et iumenta in duas turmas divisit. Cum esau cum quadringentis armatis occursero: et munera eius recusans: ipsi cum uxorisbus et filiis suis amabiliter cum amplectu et osculo ac fletu suscepit: et in seyr reuersus est. ¶ Trasacto vero iordanus Jacob habitant in agro siche: quem emit a rege emor. Et tunc dina filia eius egressa ut mulieres regios videret: corrupta est a siche filio emor. Quia postmodum in coniugio petens: Symeon et leui dolose egerunt: ut filius emor cuius patre et populo iuxta ipsorum ritum circuiciderentur: afferentes se sorore incircuicato homini copulare non posse: quod si faceret: nendum dinam filio regis punierunt tradere: sed etiam cum coram populo connubia co-federare. Cum autem omnes mares circumcidit fuissent: et pre dolore incisionis tertio die in lectis sacerdoti. Symeon et leui arietis gladiis urbem aggressi sunt: cisticisq; maribus interfectis cetera diripiuerunt. Unde teritus Jacob propter incolas terre: sed confortatus a deo recessit. Perueniensq; berhel edificauit almare: et iuxta id quod prius in itinere mesopotamie domino voverat: ibidem obtrulit holocaustum. Egressus igitur Jacob de berhel venit verno tempore ad terras que dicit effratam. I. berylem. Ibique cum rachele filium peperisset: et pre dolore partus moreretur: vocauit eum benomium. I. filius doloris. Pater vero vocauit eum beniamin. I. filius dexterae. Ibique rachele sepulta: Jacob puenit ad terram chanae. Et cum esset annus. xxx. patrem suum Isaac mortuum sepelivit. Erat autem Jacob annorum. xxi. quando genuit Ioseph. Et cum esset Ioseph annorum. xxix. Jacob descendit in egyptum in animabus. Ixx. qui tunc erat xxx. annorum: ut in proximo dicatur. Qui post ea visit in egypto annis. xxiij. Et sic Jacob annorum. xlviij. videns appropinquare obitum suum vocauit Ioseph filium suum adiurans eum ut ipsum sepeliret: ubi abraham sepultus fuerat. Conuocatis autem omnibus filiis suis benedixit eis ac prophetice multaventura predictis de divisione terre promissionis ad litteram: et de futuro statu duodecim tribu: aperiisse autem de viro christi aduentu. Et post hec in pace dormiuerunt: quae filii assumentes portauerunt in hebron: et ibi eundem sepelierunt cum patribus suis. Hoc et Benesi a. c. xxvij. usq; ad. xxvij. et ex alijs libris quibus supra.

¶ De sancta Rachele.

Lap. xciv.

Rachel filia Laban filii baruelis filii nachor fratris abrahe et Jacob nepitis et auisculo precreata in uxore Jacob divina dispensatione a patre tra-

dita est. Pro qua ut supra protime dictum est.^{la} Jacob laban seruiterat septem annis. Et videbatur sibi dies pauci pre amoris magnitudine quam ipsas adamauit. Nam soror etiam quasi coactus acceptit. Quia tamē die instituta exigit ut minus accepti in aliquo subleuentur. Tidens deus Jacob rachele prediligeret: ea multo tempore sterilitate donauit: illa autem multis filiis fecidauit. Cum autem contemplatione filiorum amor licet sororis dilectionis adequatus esset in Jacob: tunc et rachel parere cepit. Peperitque primum Ioseph Jacob tam anno etatis agente: ut scilicet Iosephus tradidit. Post quem annis duodecim genuit Beniamin et in puerperio decessit: quia Jacob in effrata quod est berylem ubi et filium pepererat: sepelivit: et titulus eius descriptionis desuper apposuit. Præfate tres sanctissime matres: scilicet sara: rebecca: et rachel in multis sacre scripture locis commemorantur: et earum celebris sanctitas recolitur. Specialiter autem petrus in prima epistola. c. iii. de sanctitate sare mentionem facit: Quis et cerebras commendare in genere videat: propter quod merito in sanctarum mulierum catalogo describuntur: que tantorum virorum coniuges et facrorum filiorum meruerunt esse genitrices. Iosephus etiam eas inter sanctas hebreorum matres: uno pre ceteris commemorat. Nec omnia unde supra collecta sunt.

¶ De sanctis duodecim patriarchis filiis Jacob.

Lap. xcvi.

Duodecim patriarchi filii sunt: Iacob: a quib; tribus Israel descenderunt: ab eodem ex duabus enim uxorisbus: rachele et lia: et duabus ancillis zelpha et bala progeniti fuerunt: quorum nomina hec sunt: ruben: symeon: leut: iudas: isachar: zebulon: gad: aser: dan: neptalin: Ioseph: et Beniamin. His enim in sanctorum numero ponendos inducuntur: non solum paterna sanctissima merita: quorum illi imitatores fuisse creduntur: sed etiam eorum in multitudinem filiorum Israel innumera generatio diffusa. Quod ut ipsorum sanctitas plenus innoteat ex omni tribu eorum duodecim initia signatorum in apocalypsi describuntur: ut sic ex electis filiis parentes eorum sancti comprehenduntur. Excepta sola tribu dan: que ideo in novo testamento repellit: non ex villa progenitoris culpa: sed quia ex ea christo contrarius antichristus nasciturus dictum. Verum et si ex eisdem patriarchis aliqui peccauerint in aliquo: ut pote ruben qui patris concubina abusus est: vel forsan oes quando Ioseph sustulit in egypto vendiderunt: pie creditur eorum culpas ante mortem per pentecostem fuisse deleras: ut patrum vestigia imitantes omnes ex hac luce sine delicto migraret. Confirmatur etiam hec opinio ex duodecim testamento iporum: que in hebreorum codicibus reperta nuper.

h. liij